

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Georg Mejer Lorenz Langclaus

Disputationum Physicarum Decimanona. De Meteoris Aereis Et Aqueis

Rostochii: Myliandrus, 1610

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn742736903>

Druck Freier  Zugang





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn742736903/phys_0001](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn742736903/phys_0001)

DFG

R. U. phil. 1609. 10.

12 ggl.

35 1717



Disputationum Physicarum
DECIMANONA.

DE
M E T E O R I S
A E R E I S E T A Q U E I S ,

Quam

Divina adspirante gratia

In Inlyta Academia Rostochiensi
S U B P R A E S I D I O

M. GEORGII MEIERI
Duderstadensis Saxonis.

Tuebitur

LAURENTIUS LANGCLAUS
Gustrovienensis Megapol.

Ad diem 21. Iulij horis & loco consuetis.



Rostochij Typis Myliandrinis Anno 1610.

REVERENDIS, DOCTRINA,

Virtute, & vera pietatis zelo præ-
stantissimis Viris

DN. M. MAURITIO RACHELIO,
DN. M. FRANCISCO RHODIO,
DN. IOHANNI HILDEBRANDO,
Ecclesiarum Christi apud Gustrovienses Pastoribus
orthodoxis, vigilantiss.

NEC NON

CLARISSIMO, HUMANISSIMO.
aqué ac eruditissimo viro,

DN. M. LUDOLPHO BARCAEO,
Scholæ Gustrovianæ Rectori designato, ut dignissimo,
ita & fidelissimo, præceptorí suo
benè de se merito.

Dominis Fautoribus ac patronis suis perpetuâ animi observan-
tiâ colendis, hoc de Meteoris aëreis & aquis γραμματικâ
φυσικâ, debitâ observantia & gratitudinis
monumentum, meritò

dedicat & offert

Laurentius Langclaus
Respondens.

DE METEORIS AEREIS ET AQUEIS.

Theorema I.

Aërea meteora sunt, quæ ex vapore cum exhalatione permixto generata, ad similitudinem aëris impulsu variè agitantur.

N præcedenti disputatione meteora dispescimus in ignita, aërea & aquæ: Quia igitur de ignitis sat dictum est, ad sequentia duo genera accessum facimus.

I. Desumuntur vero meteororum differentiae, non tam à subjectis in quibus generantur, quā ab ipsa materia, ejusq; dominio, siquidem non minus aërea meteora locum sui generationis aërem sibi vendicant, quam ignita, & pleraq; aquæ. Materia igitur prædominans denominationem parit hujuscemodi meteoris, cum ratione compositionis, tum resolutionis: utriusq; enim respectu aër est, ex quo potissimum generantur aërea meteora, & in quem vicissim desinunt & resolvuntur.

Theorema II.

Duo sunt meteora aërea, ventus & terræ motus.

I. *Ventus* est exhalatio cum vapore permixta, quæ in altum sublata ab occurrente frigore repellitur, & in aëre cum impetu oblique agitatur. Causa efficiens ventorum, partim sunt radij solares, materiam quandam generationi ventorum aptam ex terra attollentes, partim frigus secunda aëris regionis, quod materia ita eve-

A 2 etam

Etā repellit & reprimit, qua repulsione fit, ut impetu quodā vicinitē
aërem impellat. Materia est partim exhalatio, partim vapor: sive
expiratio calida, secca, & copiosa. Forma est ipse ejusdem expira-
tionis impetus.

II. Venti principes quatuor sunt: Subsolanus qui ab ortu spi-
rat suā naturā calidus & seccus. Favonius, qui ab opposito occiden-
tis cardine spirat, frigidus & humidus. Septentrio, qui à septentrio-
ne, frigidus & seccus: Auster qui ab opposita meridiei cardine
proficiscitur, calidus & humidus. Vulgo dicuntur cardinales, quod
è quatuor mundi plagis sive cardinibus orientur, quibus multi alijs
ab alijs adjungi solent. Præcipui hi sunt. Subsolanus habet sibi
adjunctum à dextro latere Caciam; à sinistro Eurum. Favonius à
dextro Africum, à sinistro Corum. Septentrio à dextro Circium;
à sinistro Aquilonem. Auster à dextro Euronotum; à sinistro Lybo-
notum.

III. Terræ motus est agitatio terræ orta ex expirationibus sic-
cis & crassioribus, intra terræ cavitates conclusis, qua exitum que-
rentes, cumq; non invenientes terram commovent & concutiunt.
Causa efficiens terræ motus, partim est efficacia radiorum solarium;
partim ignis subterraneus: partim frigus: Exhalatio enim à frigi-
ditate per avl. wæi etiū consticta tantas concipit vives, ut vi mea-
tum sibi faciat, terramq; perrumpat. Materia est expiratio secca
& crassa: ob crassitatem enim hæc exhalatio terram penetrare haud
facile potest. Forma est ipsa terræ trepidatio sive quassatio. Efficit
autem terræ motus vel tremorem, quando videlicet terra in dextris
& sinistris agitatur, item in anteriora & posteriora; vel concus-
sionem, quando ad inse. iora & superiora agitatur, vel arietationem,
quando è concursatione spirituum contrariorum terra quatitur;
vel deniq; inclinationem, quando partes terræ commota in unam
aliam partem procumbunt.

IV. Negat vero Timpler. terræ motū esse meteorum lib. 4. Phys.
3 q 5 par. 2. duabus possimū de causis. 1. Quod terræ motus
affe-

affectione sit terræ. 2. Quod notatio nominis repugnet. Dicitur *inquit* meteorū quod supra nos in aëre tanquā in loco sublimi generatur, proinde īs quæ subter terrā fiunt, nomen meteororū nō cōpetit. Verū tamēs terræ motus affectione terræ dicitur ratione subjecti cui inharet: tamē respectu causæ efficiētus, est insignis expirationis effectus, cuius respectu meritò meteoris annumeratur. Deindè, ratio quæ à notatione vocabuli desumpta est, est debilissima. Haud raro enim à parte potiore fieri solet denominatio. Licet ergo terræ motus, intra terram generetur: causam tamen habet communem cum reliquis meteoris quæ in aëre generantur. Hac de aëreis, sequuntur aquæ meteora.

Theorema III.

Meteora aquæ sunt, quæ ex vapore tantum, ex aquis potissimum deducto, non vero ex exhalatione generantur.

Causam efficientem cum reliquis meteoris aquæ habent communem, quæ partim est vis & afficacia astrorum; parium frigus circumstans & cogens. Materia est vapor, materia calida & humida, non vero calida & sicca, quemadmodum exhalatio, ideoq; etiam ob humiditatem non potest ad supremam aëris regionem devehi. Numquodq; enim ad locum sibi maximè idoneum extollitur. Subjectum vero generationis meteororum aqueorum est triplex, media aëris regio; infima, & terra. Non minus enim intra terram generantur meteora, quam supra eam in aëre.

Theorema IV.

In media aëris regione generantur nubes, pluvia, nix & grando.

I. Nubes est vapor calore Solis excitatus, & ad medium aëris regionem delatus, ibidemq; ob loci frigiditatem concrescens. Imitantur

tur autem nubes conditionem ipsius materiae e qua constant: Quod enim humidior fuerit ascendens materia, eò quoq; erit facundior: quod vero siccior, eò sterilior. Est v. usus nubium haud parvus, siquidem sine ijs pluviae nulla; sine pluviae terra facunditas nulla, adeò nihil in hoc mundi theatro supervacancum est, & frustra, ut etiam quae ordine natura ita exigente fiunt, ipsius natura conservationi, ejusdemq; operibus vel maximè inserviant.

I I. Pluviae est nubis, vi frigoris mediae aëris regionis in aquam resolutio. De causa, ut & loco disceptatur inter Physicos. Quidam enim non frigus sed calorem causam pluviae pronunciant, & nubem per modum liquefactionis virtute Solis, vel caloris infima regionis in pluviam resolvi, & ob id non in media, sed infima eadem generari statuunt, sed quia calor potius est causa rarefactionis ac consumptionis nubium, quam liquefactionis, non potest causa existere proxima pluvia. Tistantur hoc vapores in balneariis, qui cù ad fenestras frigidas incurruunt condensantur, & sic in guttulas resolvuntur. Quare cum Philosopho statuimus, frigus nubem in media regione constringens & comprimens, exprimendo humorem, pluviam eiere.

I I I. Nix est nubis vi frigoris mediae regionis in minutissimas partes resolutio, que instar lana carminata deorsum decidunt. Causa albedinis in nive est frigus, quod constringendo aqueam materiam, subtiliores & tenuiores partes evocat, vel saltem ad superficiem cogit, atq; ita albedinem excitat. De usu nivis hec habet Scalig. Enatus segetibus incubantes nives cum suborientium herbarum maleficia tollunt, tum prohibent frugum luxuriam: quae tum in radices introrsum demittatur, tum postea afferat sese ad siliquas aut spicas habitiores iccirco futuras, atq; latiores. exer: 54. f. 2.

I V. Grando etiam est nubis in guttas resolutio, qua deinceps à frigore congelatae, instar globulorum alborum ex aëre decidunt. Parum autem utilitatis afferat rebus nascendis grando. Nam ladi partim

partim iictu, quod feriat frondes arborum, & comminuat sata calamitas; partim frigore, quod calorem innatum extinguat; partim humiditate, qua plerumq; noxia est & exitialis.

Theorema V.

In infima aëris regione generantur nebula, ros, pruina, & glacies.

I. Nebula est vapor copiosus & densus, calore Solis excitatus, frigore vero condensatus, qui aërem obscurat. Odor autem nebula est modo gratus & suavis, modo teter & ingratus pro ratione ipsius mixtionis sive temperaturæ siccii & humidi, ex quibus odor oritur. Quia enim vapor cum exhalationibus permixtus nebula est, eaq; mixtura minus ad proportionem fieri aliter non potest, quam ut putrefaciat, & ingratum hoc pacto odore relinquat.

II. Ros est vapor tenuis & rarus, qui temperatâ noctis frigiditate in guttulas exprimitur, qua deinceps super terram sparsim decidunt. Tres vero vulgo roris species numerantur: Mel, manna, ladanum. Mel est vapor dulcis, in herbis ac floribus residens, quem apes inde colligentes, in alveolos comportant. Manna est vapor dulcis, purus ac pinguis, qui calore Solis excoctus, nocturnoq; temperata noctis frigore condensatus, maneg; plantarum folijs adhaerens excutitur. Non vero hac manna eadem est cum illa, quam Israëlitis manducandam dedit in deserto Dominus 1. Quia manna Israëlitarum passim in scriptura vocatur panis cœlestis, vel panis de cœlo veniens. 2. Quia omnium saporum varietatem præstabat.

3. Quia quovis die, exceptio Sabbatho decidebat. Ladanum est vapor suaveolens insidens Ledo, resudatione foliorum permixtus.

III. Pruina est vapor tenuis & humidiusculus è terra exicitatus, qui in proxima aëris regione à frigiditate congelatus, salis instar supra terram & herbas effunditur. Albedinis causa in pruina frigus existit, ob quod etiam tenerrimis floribus maximè inimica est,

ca est & noxia, in quibus calorem congenitum facile extinguere potest.

IV. Glacies deniq; nihil aliud est, quam aqua vi frigoris congelata, propter tenuoris humidi expulsionem, terrestriumq; halituum admixtionem, qua congelatione aqua magnopere juvat.

Theorema VI.

Intra terram deniq; quæ sunt meteora aquæ sunt fontes, fluminæ, mare.

I. An vero meteora hacce, rectè meteora appellantur, & non potius partes elementi aquæ, dubitatur. Respondemus autem, nos hic de fontibus ac fluminibus agere ob modum generationis, quem cum alijs habent meteoris communem. Quemadmodum enim è vaporibus ad secundam aëris regionem evectis, frigoreq; densatis & expressis fit aqua, quæ per pluviam demittitur: ita intra terra cavernas è vaporibus frigiditate loci concretis, fontes ac flumina gignuntur, quæ non secus, ac pluvia è nubibus, è terra erumpunt & exiliunt. Arist. lib. 1. Meteor. c. 13. Colleg. Conn. tratt. 9. in lib. Meteor. Arist. Zab. lib. de naturalis scientia const. c. 24.

II. Timpleris vero fontes ac flumina è numero meteororum reijicit lib. 4. Phys. c. 3. q. 5. par. 2. Rationes habet hasce: 1. Quia fontes & flumina pertinent ad elementum aquæ, tanquam partes ad totum: Meteora autem propriè sicut dicta sunt corpora imperfectè mixta, sequitur ergo, neq; fontes, neq; flumina in censu meteororum propriè dictorum haberi posse. 2. Quia notatio non nisi huic assertioni repugnat: Dicitur enim meteorum, quod supra nos in aëre, tanquam in loco sublimi generatur. Proinde ijs quæ subter terram sunt, nomen meteororū non competit. 3. Quia idem indicat Aristoteles lib. 1. Meteor. c. 4 dñm ait, οὐτω σελήνης ταῦτα γίνεται.

Sed

III. Sed hic initio jure inconstantia Timpleri notatur. Superioris enim lib. 3. q. 4. par. ejusd. eorum sententiam qui proxime & immediatè fontes ac flumina ex mari deducebant, improbaverat, sic loquens: Necesse est ut statuamus, fontes quoad proximi originem ex continua vaporum in aquas resolutione potius, quam ex mari immediate oriri: In locis enim montosis & excelsis multæ sunt cavernæ, quarum aliæ aquis sunt repletæ, aliæ vaporibus ex aquis generatis. Quando igitur ejusmodi vapores in humores aqueos convertuntur, & illi humores postea in certo aliquo loco guttatum confluunt, tunc tandem per meatus terræ fontes erumpunt. Si igitur fontes ac flumina ex vaporibus constant & oriuntur, meteora utiq. erunt, Quæ enim causis convenient, inter se conveniunt. Vel si non erunt, neq; communem cum reliquis meteoris aquæ originem habebunt. Ad rationem Timpleri primam dicimus, fontes ac flumina sive ratione causa efficientis considerantur, sive materia, meteororum tamen nomen mereri. Modum enim generationis habere ea communem cum reliquis meteoris aquæ, jam superius ostendimus. Materiam item esse communem ipse affirmat Timplexus loco citato, vaporem materiam fontium ac fluminum constituens. Ad secundam, meteora, quod ut plurimum supra nos conspici soleant, nomen inde accepisse, secundum illud vulgatissimum: A parte potiori sæpè fit denominatio. Ad tertiam & postremam respondemus, Aristotelem probare, nulla meteora in æthere supra orbem Luna generari, sed omnia infra eundem. Quia itaq; non statuimus fontes supra Lunam nasci, utiq; Aristoteles contra nos esse non potest. Si enim terra, est infra lunam, quidni & ea quæ in terra generantur, infra eandem erunt?

IV. Fons est meteorum aquæ partim ex vaporibus in terra contentis, & vi frigoris densatis expressis factum; partim è mari terram

B

terram

terram penetranti collectum, jugiter manans & è terra erumpens.

V. Ac è terra quando erumpit, ac per ejus cavitates delabitur, flumen dicitur. Non ergo fons & flumen essentiā différunt. Causa efficiens fontium ac fluminum partim est astrorum effacia, quæ magnam vaporum copiam ciet; partim calor subterraneus, qui vapores intra terram excitat; partim frigus terra innatum, quod depulso calore vapores ita comprimit & coarctat, ut in aquam tandem resolvantur. Materia est partim vapor; partim mare quod subterraneis criptis fontes ac flumina haud parum adjuvat. Nam solus vapor non sufficit ad tantam aquarum molem producendam, præsertim cum ex plurimis aëris partibus unica tantummodo aqua guttula generetur. Habet huc locum illud Scaligeri: Per quæ tandem foramina tantum ex hoc aere superiore descéderet eò, ac subiret ex. 46. Praterea edifferat quis, quomo- do videlicet ex solo vapore in terra gremio, tanta vis aqua perpetuò generari possit, in primis cum certum sit, in quibusdam regionibus ardore Solis præstis, ubi sanè per exigua est vaporum copia, flumi- na ac fontes exoriri? Negat solum mare causa esse potest fontium ac fluminum, alias enim in locis planis ac depresso plures reperi- rentur fontes, quam in montosis & excelsis, quod tamen verum haud esse experientia probat. Mare enim quia suā naturā grave est, potius in locis planis erumpit, quam quod alii simos montes a- scendit.

VI. Est vero triplex aquarum fontanarum ratio. Quedam aqua calida est & fervens: alia tepida: nonnulla frigida. Causa aquarum ferventium, quas thermas nominamus, non est calor ter- ra internus, quia calor tantus non est, ut summum gradum ca- loris aquæ possit imprimere: sed ignis intra canales contentus & in bitumine servatus est, à quo tantus in aqua fervor exoritur, cuiusdem facit communis experientia, quâ ignes in aquis ardentes fieri videmus

videmus, solius scilicet beneficio bituminis. Tepidarum aquarum
ratio est eadem, variat tantummodo secundum magis & minus,
acciditq; hæc diversitas à penuria materia, qua sustinet bitumen.
Frigidarum causa est interna: Frigus enim aquæ nativa est qua-
litas.

VII. Mare nihil aliud est, quā commune aquarum omnium
receptaculum. Verius autem ad Elementum aquæ, quam ad me-
teora referri posse videtur. Nam mare si non constituit Elemen-
tū aquæ, quid ergo aliud constituet ipsum? tolle mare, & aquas qua-
ex ipso fluunt, & non amplius quatuor, sed tria habebis elementa.
Voluit tamen Aristoteles de mari in meteorologia tractationem su-
scipere, quod & salsum sit, & crebris mutationibus obfluxum
& refluxum, obnoxium.

IX. Causa salcedinis in mari est Sol qui terrestrem materiam
in superficiem maris elevat, eamq; virtute & ardore suo adeò ca-
leficit & exiccat, ut acrimonia sua salsum saporem ipsi aquæ affe-
rat & impertiat.

X. Hic gravis oritur quæstio inter Philosophos, de causa flu-
xus & refluxus maris. Nonnulli causam hujus reciprocationis re-
ferunt ad motum cœlestem: Alij ad radios solares: Quidam ad
impulsum & remissionem ventorum: Et alij alias afferunt causas.
Ceterum quia omnes partim veram causam non assignant, partim
remotam tantum, non proximam ponunt, meritò ab ijs divertium
facimus, cum ijs facientes, qui Lunam in causa esse ajunt, quod ma-
re hujuscemodi fluctibus agitetur. Lunam enim vim habere in a-
quæ & humoribus ciendis & commovendis haud minimam, in con-
fesso est apud omnes. Statiuimus igitur, quando Luna ab Hor-
izonte ad cœli medium elevatur, una etiam aquam marinam at-
tolli in tumorem, quando vero vicissim à medio cœli declinalat,
una quoq; aquam deprimi: ac similem esse rationem, cum ab occasu
ad medium cœli ascendit, & vicissim à cœli vertice ad ortum.

Sed

X. Sed contra hanc sententiam obijcit Timplerus. 1. Quod Luna non omnes aquas æquè moveat. 2. Quod non omnia maria tota moveat ubiq; sed quædam tantum secundum partes. 3. Quod maria non æqualiter attollat, sed unum magis alterum minus. 4. Quod non omnibus in locis ijsdem horis moveat affluxum & refluxum.

XL. Ast hujuscemodi objectionibus facile occurritur, si modo notetur initio diversitatem istam, qua deprehenditur influxu & refluxu maris, non Luna, sed alijs, qua operationem Luna aliquando impedit aut ascribendam esse, ut sunt diversus locorum situs, littorum vel altitudo vel depresso, aquarum planities, ventorum occursus: Deinde pro diversis Luna ad Planetas aspectibus, vel diversum ejus ortum, diversimodè etiam eam agere, & non semper æqualiter maria attollere. Ex hisce, quomodo argumenta Timpleri dilui possint, patet.

COROLLARIA.

I.

An nubes in aëre naturaliter constanter? A.


II.

An mare à DEO sit creatum. A.

III.

An mare semper fuerit salsum? N.

5 2





306. sect. 20. in hæc verba erumpens: Omne quum principium, aut à primo principio. Unia dependent igitur. Ergo suâ naturâ omnia ruptibilia. Est itaq; spiritus corruptibilis; natura: nunquam vero corruptitur; nunquam immortalitate Deus ipsum donavit.

Theorema II.

Spiritus est vel Angelus, rationalis.

Legitimam hanc esse spiritus divisionem dare licet. Nam 1. Angelus tantum, & aingunt. 2. immortalitate fruuntur. 3. per se possunt. Ergo etiam tantum spiritus existunt.

Theorem III.

Angelus est spiritus, qui per se in corpore, sed semper extra corpore.

I. Dicimus Angelum per se nunquam in corpore, sed semper extra corpore. per accidens tamen id fieri posse, concedimus. quando corpora assumere, ut appareant bona est. Et testatur Scaliger, Angelos ipsos sibi co-

359. sect. 13. Verum quia hujuscemodi corpora nunt, & natura eorum non est, corporibus ut formare, meritò per se ab omni corporis unione.

II. Sunt vero Angeli in duplice differenti boni: quidam mali. Malitiam intelligimus, sed moralem. Diabolus enim ratione essens, ac Angelus bonus. Quia 1. est Ens. 2. bonum: quia bonum cum Ente convertitur.

Quicquid autem à Deo creatum est, bonum

A 3

